



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

SS. Faustinus & Iovita S. Decorosus Ep. S. Georgia V. 15. Feb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. SS. Faustinus presb & Iouita Dia-  
conus. Traiano Imperante Brixia flo-  
ruerunt prædicatione Christi, ad quæ  
etiam plurimos adduxerunt. Itaque  
comprehensi Mediolanum abducti  
igne compulsi sunt ad Deos falsos ho-  
norandos. At ignis Deos, non Marty-  
res absumpsit, qui post alia tormenta  
& carceres Romæ ac Neapoli tolera-  
tos, demum Brixia capite plexi sunt  
A. fere Dni 100. cū 3000. cōuersione.

2. S. decorosus Epif. Capuæ in o-  
peribus Caritatis præcipuè versatus,  
dum sermoni ad populum intendit  
Syncope correptus illa verba pronū-  
tians: Magnus dominus & laudabilis  
nimis ante aram in sella exspiravit.

3. S. Georgia V. ut liberior deo ser-  
uiret rus concessit, vbi orationibus &  
ieiunijs assueta obdormiuit in dno.  
Fonus eius deduxerunt Columbæ,  
quæ corpore eius sepulto in cælum  
euolauerunt.



SS. Faustinus & Iovita S. Decorosus Ep.  
S. Georgia V. 16. Feb.



### Caritas Fraternalis.

Qui diligit proximum, purgat oculos  
ad viderendum Deum. *Augustinus.*

Deus qui nos annua SS MM. tuo  
rum Faustini & Iovita (S. Decorosi Ep.  
S. Georgia V. tua solemnitate laetificas:  
concede propitius, ut quorum  
gaudemus meritis accendamus exempla  
per Deum in Christo &c.

Ora pro augmento caritatis &c